Certum est vacuum non posse esse naturaliter, vel quia id repugnat exigentiae rerum naturalium, ut in medio productis experimentis testificantur; vel quia obstat decretum Dei extrinsecum quo ab orbe condito prohibuit ne sit in natura vacuum.

Rogatur 1.

1. an divinitus possit Deus causare vacuum? affirmative respondent omnes, et adhibent rationem, quia Deus ut auctor naturae operari potest et supra exigentias naturae, quare valebit annihilare totum aerem huius aulae et negare generalem concursum, ut alia corpora vel ascenderent, vel descenderent vacuum repletura, et esto non subtraheret Deus concursum, aer successive descenderet ut repleret vacuum, exque saltem ad brevi tempus daretur vacuum, ergo non repugnat a Deo causari

Rog. 2.

2° Utrum Angelus possit creare vacuum? negant PP. Conimb. hic q. 3., tum quia id est contra naturae ordinem, quae invicta est a solo Deo., tum quia eam absolute posset variis agentibus naturalium esse vacuum quod falsum videtur. Etenim vacuum censetur ab omnibus opus miraculosum; igitur Angelus non potest vacuum causare.

Alii probabilius affirmant Angelum naturali virtute posse causare vacuum: ita docent Arriaga. Avorsa. Albert. Hosy

ratio e qª Virtus Angelica videt superare virtute, qua aer (idem dic de quocumque alio corpore) resistet vacuo; ergo poterit illud causare. Pbo ans, nam illa resistentia, aeris finita et limitata est, igitur virtus omnium Angelorum collecta poterit superare resistentiam cuiuscumque corporis impedientis vacuum. Confirm. Si extra celos sit mane illud quod vocant spatium imaginarium, ibique sint duæ tabulæ planæ strictæ inter se, poterit Angelus alteram elevare, quænam repugnantia in hoc? Sed elevata suprema tabula erit inter utramque vacuum, corpus scilicet privatum locato, ergo Angelus secundum vires naturales poterit causare vacuum.

46 Cum hic stat numquam Angelum re ipsa causaturum vacuum. Nam Deus oc[illegible] denegabit cuicumque creaturæ, sibi que servabit facultatem immutandi naturæ decursum, et illud ad Hebræos 2° n. n. Angelis subiecit Deus orbem terræ. Igitur absolute numquam causabitur vacuum a virtute Angelica. Ad rationem oppositam respondebis Angelum non posse invertere rerum ordinem, attenta ordinatione Dei et illius decreto, attenta vero natura secundum se et viribus Angeli illum rerum ordinem [illegible] censeretur miraculum, quatenus [illegible] [illegible] creaturæ talia causare, non respectu naturæ secundum se et potentiæ Angeli. Ex quo absolute et simpliciter causalitas vacui non esset miraculum. Sed solum secundum quid diceretur opus miraculosum: ut si Angelus contra suum motum moveret celos de occasu ad ortum non hoc ipso censendum miraculum simpliciter.

Oppones contra haec 1.° Caelum Empyreum dicitur esse quadratum ut sonat verbum Apocalypsis: Civitas in quadro posita est; primum mobile est rotundum, ergo in angulis inter caelos dabitur naturaliter vacuum. R.° duplicem esse in quolibet caelo superficiem: concavam unam sive intimam, alteram convexam seu extimam; quâ certa doctrina distinguo maiorem: Caelum Empyreum est quadratum per superficiem convexam sive extimam, concedo maiorem; per concavam sive intimam, nego maiorem. Concava superficies debet constitui rotunda ut facilius ultra capacitatem reliquos orbes quos continet, et ne detur circum vacuum in angulis. Etiam probabiliter respondent non nulli theologi admittendo concavam superficiem esse quadratam, nec ideo vacuum amplexantur; censent enim angulos illos repleri aquis quae supra caelos esse non sine fundamento tuentur.

Oppones 2.° possunt duae tabulae perfecte planae esse inter se valde vicinae, et taliter se tangentes, ut nihil prorsus sit interpositum ad utramque tabulam; ex qua hypothesi, sic suaderi potest vacuum naturaliter causari: Si una earum tabularum separetur ab altera simul et secundum omnes suas partes, dabitur vacuum; ergo hoc non repugnat per naturaliter. Probatur ant., spatium quod est inter duas tabulas non potest instantanee ab aere alterove corpore repleri, sed successive per motum; atqui si ita eveniat saltem ad breve tempus dabitur vacuum, ergo possibile est naturaliter.

Plures existimant durante hoc argumento posse naturaliter existere vacuum, et propterea non nunquam

Spinula cedit. Ad 2um tabulas illas non posse simul et secundum totas suas partes separari, sed successive, quemadmodum fuerint conjunctae. Hanc doctrinam suadet manifesta experientia. Si supraponatur aquae tabula plana experimur non posse simul trahere secundum omnes ejus partes divelli; et si vis, impenditur, trahit secum aquam. Igitur idem dicendum est de duabus tabulis, quae inter se eadem hic ratio.

Cap. 3. Qua virtute repleantur corpora ad replendum vacuum.

50 Cum evidens experientia moneat corpora moveri ad vitandum vacuum inquirimus de virtute effectrice hujus motus, erga quod sunt duae sententiae. Prima PP. Conimbricensium cap. 9 q. 1. art. 4 et Aubii tract. de non. vacui q. 1. art. 19 quae asserunt talem motum effective procedere a virtute intrinseca et innata corporibus. 2a Murcia q. 9. physicorum disp. 2. q. 1. et aliorum tendentium talem motum oriri ab extrinseco, videlicet ab illo, quod movet corpus, in cujus locum aliud succedit, aut ab ipso corpore quod movetur, quod quidem habet atractivam virtutem corpori contiguo.

51 Ego arbitror 1o aliquod agens extrinsecum movere corpus ad replendum vacuum. Probatur experientiis adductis nam pueri elevant magnum pondus corio humectato supra posito et tamen illa ponderositas lapidis non movetur a se, quia sic non cederet lapis ille, cui adhaeret tenaciter corium a se ipso sursum elevari, movetur ergo a puero elevante corium. Similiter 2do quia fistula vel atraheret aerem et aquam sentit pondus aquae si autem non moveret aquam sursum nullum sentiret pondus.

Respondent

aliquā difficultatē, quam q̄s sentit in atractione aquę oriri ex resistentia aquę ad motum aeris; qua resistentia deuicta illico natura sua virtute, aqua ascendit; sed cōtra ergo si aqua ascenderet sua natura virtute in ascensu aquę nullā sentiret difficultas, atqui magna sentitur, etiam post deuictam resistentiam; ergo signum ē aquam moueri et atrahi non a sua natura et intrinsecā virtute duntaxat, sed etiam ab atrahente. Quanta sit difficultas experitur q̄ sugat per os fistulam; ergo si vincit illā difficultatē uincit q̄ā imprimit motum.

Arbitror 2° In ipsis corporibus dari virtus motiua ad impediendū vacuum, qua utantur q̄do n̄ pot̄ cōmode assignari agens extrinsecū, a quo moueantur. Probatur, quamq in multis euentibq assignari nequit extrinsecū mouens ut in cucurbitulis medicis, ubi attractio et eleuatio carnis n̄ pot̄ tribui alicui agenti externo, similitr si successiue Deus, aerem qui est in media regione destrueret incipiens a superiore inferiori, certe moueretur aer primus huius et infimę regionis ad occupandū vacuū q̄d aer destructus relinquit, quoniam id eē opus ad bonū ipsius aeris, tum terrę et aquę moueretur, q̄ aer rarefacceret.

Hanc eandē naturę virtutē in aere dari suadet altera experientia, motus lapidis deorsum ē in principio minus velox quā in medio et fine, cuius nulla potest reddi ratio experientiā nisi q̄d partes aeris natura sua virtute accurrentes ad replendū vacuum q̄d lapis relinquit, imprimunt lapidi aliquem impetum, q̄ impetus continue augetur et accedant [illegible] aeris

Velocius et velocius quo magis lapis velocius descendit: si autem aer asi non moveretur eodem modo lapis descenderet in principio et fine descensus.

Sed dubitabis 1. an haec virtus sit distincta a gravitate et levitate corporum naturae? et secundo, an haec virtus sit naturalis? circa primum inveniunt Conimb. et virtutem distinctam: alii et Fabrio et Alb. c. 6. dicti 1. physicorum videntur affirmare esse eandem. Censeo vero similius in corporibus gravibus esse eandem cum gravitate et cum levitate in levibus. Ratio est: nam gravitas et levitas tributa sunt corporibus ut se moveant ad loca opportuna et commoda, ubi se conservent, et alio quae occupant impediendo vacuum est opportunum ut se conservent fruendo caelesti influxu, ergo frustra ponitur alia virtus motiva praeter gravitatem et levitatem.

Haec ratio licet non habeat facile omnibus evenientibus, in quo declinatur vacuum, quoniam elevatio carminis in cucurbitula medica non videtur conservare ad sui conservationem, quae enim bene conservaretur ab anima licet non impediret vacuum, dicendum est [illegible] aliquomodo ordinatum ad bonum universi, quoniam bonum universi est perfectum et ordinatum, et in eo requiritur maxime unitas et ordinatio ut melius fruantur caelesti influxu. Circa

secundum, eandem assero. Hunc motum esse naturalem quoniam ordinatur ad bonum universi ad conservationem propriae naturae cuiusvis corporis; ad aut est naturale universi ad conservationem propriae naturae videlicet calefactio aquae sit in illa quae est contra conservationem propriae naturae, absolute est aqua violenta eo quod est contra propriam bonum universi absolute est aqua violenta eo quod est propriam conservationem et potius deservit aquae destructioni, quam si aliquando stringe

aer corpus corruptio ex occursu ad impediendum vacuum; id foret per accidens, nec proinde desineret motus esse naturalis, sicut naturalis est motus aquae deorsum quamvis reperiat ignem aquo destruenda est. Id quod praeterea quod per accidens est illi occursus

Cap. 4. Sitne possibilis motus in vacuo?

Petrus lib. 11 physicor. cap. 12 asserit nullum corpus in vacuo moveri posse localiter, vera tamen et omnium fere sententia est talem motum in vacuo posse contingere. ita D. Thomas ad hunc locum lect. 12. Scotus in 2° distinct. 2a q. 9. Conimb. ad cap. 9. q. 5. et communiter. Et ratio huius est quia nulla involvitur implicatio in eo quod homo positus supra coelestem Empyreum globum, isthac et illac discurrat, Angelus imprimat impetum iaculo extra mundum posito, quaerat lapides quoquoversum volitare; sed in his casibus dabitur motus localis, Localis, inquam, non quoad locum extrinsecum si nullus supponatur; sed quoad intrinsecum nempe ubi successivum

Sed hic advertenda sunt pauca

1° Res graves et leves non posse se movere motu recto naturali eo quod motus rectus naturalis aut est sursum, aut deorsum, id est, a centro vel ad centrum; ad quem in dato vacuo omni ex parte nec daretur sursum nec deorsum, nullum quod foret centrum, igitur non posset in eo fieri motus rectus naturalis. Secundum corpus grave, ut lapis, positum in vacuo extra coelum perpetuo quiesceret nisi ab agente extrinseco cieretur, eo quod nullum ibi datur

centrum quo ferat. Sextum a quolibet ad quod virtute motiva potterit posset in eadem ... agitari alibet corpori, quod admodum parvum mobile, si supra se non haberet Empyreum ab Angelo circummoveretur ... modo. Ergo Corpora intramun di possibus in vacuo intra mundum moverentur naturali motu sursum aut deorsum in vacuo ad illud impediendum. Praecipua

59 difficultas est an hic motus localis factus in vacuo fieret in instanti seu in vero tempore. Arist. hic a textu 72 ad 75 docere videtur in momento locale motum foreperagendum, cui assentiunt scriptores multi. Contraria tamen sententia est omnino vera, quam sectantur D. Thomas Angelicus hic textu 74 Conimb. q. 5 a. 1 et alii, et est communis et fere certa doctrina.

60 Probatur 1°. Si posset aliquis motus in vacuo peragere in instanti, maxime quia nullum est medium quod motum resistat, sed haec ratio nulla est; ergo motus in vacuo non fieret in instanti. Probatur minor, tum quia est difficultas, maior ... ad nullam. 1ª quia successio motus non provenit a tempore medio, sed etiam ex ... extremorum, vel statim, si corpus ... vacuum intrisit, vel ... si nullum mediet corpus. Clarius ex diversis ubi impossibilibus, quae necessario debet habere mobile prius quam veniat ad terminum, quae non potest habere simul successione. At quod successio non potest esse in instanti, instans non caret partibus succe ssionis, praeterea quod est indivisibile quod successione, ergo ratio illa nulla est. 2°. Si ratio illa valeret, quaeque suaderet motum caeli fieri debere in instanti, cum caeli quippe motum nullum medium

resistit; sed hoc evidenter falsum, et caeli motus integer circularis duret 24 horas, quod et illud ex quo sequitur.

Probat 2° ratione PP. Conimbricensium. Si constituatur in medio spatii vacui columna 20 palmorum, descendat quodlibet grave unius palmi, extra columnam, non potest in eodem puncto sui descensus esse simul extra primam et 2dam palmariam columnae: item extra 3tiam decimam, et 20; atque pluribus locis inter se distantibus simul adaequaret; eodemque momento simul occuparet totum spatium 20 palmorum; quoniam secundo eodem instanti est in primo palmo et simul in secundo, simul in tertio ac ceteris occupat 20 palmos; at impossibile est quod corpus unius palmi realiter occupet 20 palmos, ergo motus in vacuo non fieret in instanti.

Quarta ratio quam vidimus nobis refragari veteri refragatur, sed dumtaxat agunt de philosophos qui totam causam velocitatis et tarditatis referebant in medium: 1a quoque optime arguit ex duabus experimentis, quas admittebant: nempe datur vacuum, et causa velocitatis aut tarditatis, in motu, est medium parum vel multum resistens; ut exponit Arist. hic textu 74. nam quod tarditas in motu, ex virtute debili, aut debiliter agenti movere mobile; et velocitas ex motiva virte robusta, quae in breviori tempore ponit plures partes motus.

Ad 2am veritas tandem aliquando etiam quem ex medio, quod cetera sint paria; si videlicet motiva virtus sit equalis et media in

equali: Vnus rarus, alius densus; velocior erit motus per me-
dius rarus, tardior per medius densus

TRACTATUS

In librum 3 Physicae auscultationis



Hic Aristoteles agitat tum de motu in communi, tum de varijs illius speciebus. Praeterea diligenter inquirunt capita eorum quae desumuntur da distinctione motuum, nos plura ad hunc librum pertinentia quibus prioribus iunximus, et praesertim inquisitate de termino a quo et termino ad quem motus et mutationis eorumque. Inter plura docemus circa actionem eductionem et causationem, motu actionis a passione. dabimus hic quae ad instruendum auditores sufficiant, si forte plura non fuerint tributo temporis angustiae.

Disputatio 1ª

De Essentia motus in communi

Cap. 1. Motus definitus, et expositus

Licet quidem de motu exponere, cum in plurimos ordines generam, non est facile eius naturam exponere definitione exponere: nec ullam vidi, quae in infinitis verborum involucris non tenebricat. Motus est id quo subiectum movetur. Subiectum in suo termini Aristoteles dicit mobile: causa vero efficiens dicitur movens: ex quo mobile est subiectum quod patitur motum et ab eadem actione a qua dicitur causa movens dicitur subiectum motum id est patiens motum. Ex hac eadem descriptione motus ex parte sui subiecti dicitur passio et idem motus ex parte agentis dicitur actio. Unde idem est actio et passio, solum vero penes nomina discriminantur.

Doct[ores] Hominis definiunt motum ex Aristotele est actus entis in potentia, prout in potentia. Ecce definitionem parturientem infinitam confusionem motus dicitur actus, non absolutus sed modalis, ideo non effectivus absolute, sed secundum quid. Entis in potentia, id est mobilis quod patitur illum actum modalem id non quod recipit et patitur est in potentia ad actum quem patitur. Et materia prima est potentia et passiva sive subiectum patiens respectu productionis formae equi, est non motus actus quod dicitur motus vel actionis, et ideo est in potentia ad motum et vocatur ens in potentia ad patiendum vel sustinendum actum motus denominative a motu ab actione: hoc non tollit quod ens quia actu movet sed est agens, denominetur similiter a motu; non actu patiens, sed actu exercens actum, quia motus ad quem exercendum erat in potentia activa, et per motum ultimo actuatur sive determinatur.

Dices in denominat^e exprimit motus est actus entis in pot^a
tum in pot^a denotat subiectum, nam si mobile est idem ac
tus agentis dicendum erat motum in potentia, non in potentia. Mo-
tum duas causas denominat alteram moventis active,
actio ut denominat mobile patiens motum debet esse in pot^a mobilis
hoc non obstat quominus movens active denominetur ab eodem motu
sicut verum est motus est utriusque ratio determinantis eaque, sic verum
est esse id quod denominat eaque actu moventibus; Dices

4 Dicitur entis in potentia,
sed in pot^a erga hanc particulam si insinuet. expositio quam
plures confusioni deserviunt non utilitati. Communiter existimant mo
tum bene probatum et licet [illegible] affectum mobile manere adhuc
mobile in pot^a ad ulteriores partes: et adeo dicitur actu entis in
pot^a [illegible] in potentia, sed mihi displicet haec expositio, quia Aris
toteles non solum loquitur in ea definitione de motu successivo ut postea
probabo, sed etiam de instantaneo, hoc autem non fit per partes
sed totum simul. Igitur sic interpretaris facilius hanc particulam.
Pri

5 ma pati humanae intentionis actus entis in pot^a, loquitur de capacitate
subiecti ut patiatur eius motus, qui forma est et effectus physicus subiecti:
quae totus sumitur [illegible] illa reduplicatio
facit hunc sensum: quanto motu praecisse et sumpto subiecto
adhuc subiectum manet in pot^a [illegible] in potentia non ad eundem mo
tum sed [illegible] motus ipse, scilicet actio producta
equi efficiat mobile videlicet manet adhuc mobile in potentia
ut efficiatur [illegible] eius, in eodem mediante receptio

6 Quamvis

modo instanti realr intelligatur subiectum patiens formam et unibus formae; altera pars non intelligit formam dependere a subiecto per motum, quo intelligatur instans subiectum media unione quo motus hic actio remota a subiecto relinquit subiectum in potentia in ordine ad terminum motus sive formae.

§ Etiam quia satis probabiliter indicent [illegible] reduplicative quod in potentia reliunt denotare motum non debere esse actum patientis [illegible] materialiter ad illius formae, sed formaliter debere correspondere potentiae ut tali. Ex. c. igni competit calor: actus hic caloris non competit igni, ut causa productiva est alterius ignis, in ordine ad hoc munus producendi materialiter debet calor: ignis ut causa productiva alterius ignis formaliter petit actus, qui est de linea verbalis actionis, ita aiunt sensisse philosophum quod voluit motum esse actum potentis ad lineam potentiae quam primo terminum exercet, et non materialiter se habentis respectu [illegible] taliter; sub tali priori exponitur esse mei principii [illegible] entitatem.

Dubitatur an haec definitio motus conveniat non solum motui successivo, sed etiam instantaneo? Affirmative respondendum videtur. Ratio est quia Aristoteles solum motum definivit in ordine ad quem explicatur naturam, et ratio habet rationem, sed non habet rationem in ordine ad mutationes instantaneas, et non principium. Et ratio motus, quem haec definitio competit motui instantaneo. Et probatur, generatio substantiae, quod [illegible] est mutatio instantanea, sed generatio substantiae reputatur ab Aristotele 3 textu 6. inter motus quos definivit; ergo definitio haec adaeq

batur optime motui momentaneo. Circa quod Abbletur non esse

dem motum ac mutationem rigorosam, etenim mutatio rigo

rosa praesupponit subiectum et carentiam formae quod non tranat subiectum

primitatem ad formam. Et qua stricta mutatione plura dixi sub......

hi lib. 1. motus ... ab Aristotele definitus solum dicit exer

citium virtutis activae ... praecipue ...

recto, actio ulla est productiva formae, et consequenter exercitium

virtutis activae, immo et passivae, et in subiecto non praeexistat forma

privatus; quod ad rationem motus non requiritur quod subiectum forma spoliatum

praesupponatur.

Et ... nam ut asseruit ... Commentator Aristotelis

... aliquando definit motum: motus est actus entis ...

... et ... quatenus tale est. In qua definitione nulla ...

... successio, quod motus potest optime intelligi sine stricta mutatione.

1o Inquires 1o ... motus definitio conveniat motui negativo

... scilicet quo subiectum mutatur ... ad illius privationem

... ... non ... convenire

... ... quod ... motui non ... nec tali

... definitio ... ... quod motus ... actus ...

... exercent ut ponatur in subiecto aliqua ... ...

in potentia ... in potentia; potius tendunt ut destruant sub...

... ... mutatio ... ... esse ... tales, non ...

... ... ipsi motum; transitus subiecti de ... ad ... formam.

mutatio includit ... ipsi motum; transitus subiecti ... ad ... formam.

Explicite et formaliter nullam ... actionis positivam ...

admisso ... mutatio esse rigorose tale, ... non imbibit aliqua

actio, ideo nec motus

Inquires 2° an motus ex sua ratione petat terminari aequaliter suae formae, qua mobile mutetur et in perfectione absoluta ad absolutum effectum: vel sufficiat ut motus denominetur absolute talis ut terminetur ad unionem formae subiecto. R° actum terminatum ad unionem dici posse motum. Probatur: si Deus conservaret calorem extra omne subiectum, et tunc postea uniret aquae, aqua procul dubio per illam mutaretur, transiret enim de non habenda forma ad illam habendam, sed haec positiva mutatio imberet rationem motus, quia non acquirit ut dictum motus potest dici forma. Probatur minor. Illa mutatio est exercitium virtutis activae producentis unionem aquae ad calorem, et passive recipientis actionem, sed habet rationem motus quia in ea mutatione inveniretur conceptus motus.

Inquires 3. an calor remissus dum acquirit novum gradum intensionis possit dici quod moveatur. R° acquisitionem illam posse vocari motum, et praedicari de calore moveri ad ulteriorem calorem; ratio est quia calor remissus respectu ulterioris caloris est actus entis in potentia ulterius perficiendi per advenientem qualitatem caloris; id hoc sufficit ad rationem motus, quia calor remissus acquirens novum calorem movetur ad illum.

Inquires 4. An motus debeat esse actio immanens vel possit esse etiam actio transiens operatione? Resp. rationem motus in omni re salvari in intellectione immanente, et aliis a principio recipiente producentibus sed quancumque mutationes positivas: quia exercitatur virtus activa.

per verum aliquem actum; et per quem vere aliquid producatur subjectum in trinis afficitur et extra in actione transeunte operante deter cata productione exercitur, et per ea aliqua subjectum afficiens; requirunt quae ad receptum motum exiguntur: sicut ignis producens calorem in aqua vere movet per actionem, et aqua per eundem calorem mutatur ab illa non habenda ad illam habendam. Quare alium nomine motus intelligi potest.

14 Praeterea Motus violentus absolute extrahens a naturali motu, sic lapis sursum motus dicitur violenter moveri. Et tamen circa lapidem movens transeunter operatur; ergo nomine motus non solum motus immanens, sed qui fit in alieno subjecto intelligi potest.

15 Hinc facillime divides motum generaliter acceptum in successivum et instantaneum. Ille est cujus una pars praecedit et altera subsequitur; ut cum quis movetur ut occupet locum per 20 passus distantem. Motus instantaneus est cujus omnes partes simul producuntur, ut si uno veluti ictu produceretur integra forma ignis. Rursus motus successivus alius est per se, alius per accidens; per se est cui realiter non potest afferri quod prius unam partem habeat alia, talis natura censetur tempus, successivus per accidens est cui potest afferri successio ut productio caloris quae aliquando post partes alias producit partes succedere: aliquando nullo resistente fit totus simul. Hinc scies, motum successivum, et instantaneum, posse distingui essentialiter, si reduplicative illos consideres: nam motus successivus ut talis affert coexistentiam partis alicujus, et ne partes aliarum. Instantaneus, importat omnes ejus partes, coexistentes simul. afferre unius, et simul negationem existentiae aliarum

et afferri oes ptes positiue existentes, si denominatis essentialiter differentes, altera negatis partibus continentibus, altera non ita.

Verum si videris possibilem utrumque motum, quo quidem motus denominatur aliquando poterunt distingui essentialiter, et aliquando non. Quando motus successivus, secundum possibilem, petat ab intrinseco successionem, distingui essentialiter ab instantaneo, necessario erit, extra distinctionem ab intrinseca exigentia alterius. Si vero ab intrinseco motus non petat successionem, non distinguetur essentialiter a momentaneo: poterunt enim illud quod afferatur in recto et denominabit motus aliquando denominari successivus et illud idem aliquando momentaneus motus.

Tandem dividitur motus in quatuor illius species. In generationem, augmentationem, alterationem, et locationem. Si terminus ad quem motus substantia producta dependenter a subiecto, motus dicetur generatio substantialis. Si vero quantitas dicetur augmentatio. Si vero terminus fuerit qualitas motus vocabitur alteratio. Et vero ubi motus terminaverit denominabitur localis. Verbis rerum has speciales in tractationes in lib. de generatione. Advertas vero inter motus hos servari inter se easdem oppositiones, et incompatibilitates, quas habuerint termini inter se; si motus fuerit quoad calorem et quoad alius quoad frigiditatem similiter inter se pugnabunt inter se quoad idem subiectum. Motus qui trahentur ad duas formas substantiales absolutas nequibunt naturaliter in eodem subiecto poni, eo quod formae se naturaliter ab eodem subiecto excludant.

Neque utrique duo motus locales versus duas partes oppositas Orientis scilicet et Occi-

dente, possint et simul in eadem sub[stanti]a realiter. Negant omnino; nam Homo qui realiter movetur ad Orientem simul accederet Orienti, et ab eodem recederet, quod realiter repugnat.

Opponitur 1° Communis difficultas. Dum enim navis versus Occidentem moveretur, homo deambulans in puppe navis, videtur moveri duplici motu ad se opposito, nimirum ad Occidentem cum pergit Navis, simul et ad Orientem de prora in puppim. Ecce motus omnino contrarii in eodem corpore. Non parum intulit difficultatis haec objectio: ad quam ita satisfiet. Si homo moveatur ad puppim minori velocitate quam navis ad Occidentem, homo recipiat motum minori velocitate, recedet ab Occidenti, et acquiret aliquem terminum ad Orientem. Si navis velocius moveatur ad Occidentem quam homo versus Orientem, sine dubio recedit ab Orienti et fiet proximior Occidenti.

Si vero homo et navis moveantur aequali velocitate homo retinebit eundem locum, quamvis pro eo oculorum intuitu moveri videatur. Ratio est quia homo impediret ne acquireret novum ubi versus Orientem ab aequali impetu Navis, quae cum versus appropinquationem intentam ab homine versus Orientem retardaret, qualis aequalis occidentem cum impetu navis. Unde si ratio ad unum staret, tanta alia longitudine traheret in Occidentem quam minime moveatur.

Nec negabis, si dicas, illum hominem lassari et fatigari in ambulando versus Orientem, in quo aliquid videtur producere: etenim motus plurimum datum impenderet in retinendo ubi et eodem retinendo; et hoc maxime defatigaret. Nec violentiam impacti motus;

recurrendum est ad anima rationalem quae in brachio dextro movetur ad ortum, et in sinistro ad occasum simul et semel, ut impugnes Thomae doctrinam: nam eadem ex modo indivisibilitatis essendi, taliter est in brachio dextro, ut secundum se totam sit in sinistro, et e contra. Ex quo efficitur

Ut in duobus locis inadequatis possit motibus contrariis agitari; aliter evenit in corporibus propter divisibilitatem. Disp° 2ª de actione et eiusdem ab agenti et termino distinctione. Cap. 1. Quid et quotuplex sit actio.

Disputatio 2ª De Actione, et eiusdem ab agenti et termino distinctione

Cap. 1. Quid, et quotuplex sit actio.

Aristoteles in hoc libro textu 22 ita definit actionem: est actus huius in hoc. Cui philosophi definitioni non est multum fidendum, nam ab eadem traditam pro sola actione eductiva: Actio vero creativa, cognita non fuit ab Aristotele ideo nec adeo, igitur actionem illa univocabilis effermaviam; est ita ultimo determinari causae [illegible] causandum [illegible] eductioni tum creationi optime adaptatur. Principium creandi, et principium causandi non possunt intelligi actu producentia, sine aliqua actione qua ultima determinentur, ut hic et nunc dorant causari.

Praenoscendum quantum est ex parte actus primi solum est ad producendum terminum producere. Adhuc pro hoc quod est posse terminum producere, non in

telligunt actu producere, quod indigent aliqua ratione formali, qua ultimo determinantur quae doctrina etiam in sua generalitate certa videtur, nam Deus licet ab aeterno, ab aeterno est principium potens producere mundum, id est habens ex se virtutem mundi productivam, constat ex fide non denominari ab aeterno actu producentem mundum; infero manifeste, quod aliquod attributum tunc de nominationi Deum ab aeterno actu producentem mundum deficit: hoc attributum non potest aliud esse, praeter ultimam rationem formalem: attribuentem Deum actu producentem mundum. Igitur operativa dicitur actio formaliter ultimo determinans causam.

 Ruris, actio determinat ultimo causam quae posita infallibiliter ponitur effectus, sed per actionem infallibiliter ponitur effectus, et non fieret sine effectu; quod formaliter ultimo determinari debet ad actionem effectum causandum est actio. Dixi determinari debet ad causandum, non ad efficiendum, nam efficere videtur signare influxum physicum, et non omnis actio est realitas entitati causanti per influxum physicum; differt interna et vere est physica, ceterum non causant per influxum; quod operari est causae extrinsecae; sed tantum per eam extrinsecationem. Unde causalitas causae intrinsecae licet dicatur et determinet ad causandum non trahat ad influendum.

 Possumus hic dividere actionem generaliter sumptam, in tot capita, quot diversa nimirum, scilicet in actus naturales supernaturales, successivos et instantaneos, augmentativos exaltativos, locomotivos, substantiales et accidentales, et extra usque quae ratione vix sufficientem petere notitiam ex tantum dicti, ex usque ad operationem divisionem huius materiae. Igitur actio divisa in genera ad 4 qua multa in libro 1 est productivus et creativus. Actio generat...

-tio rei dependenti a subiecto; quæ, ut apparebunt in suo genere aliis conceptu non dicit mutationem. Atque ergo ab æterno productio et dependentia terminata a subiecto genita est, dicendo ipse motum, hæc tamen actio dicitur non creatio, transubstantiatio etc. nam ad ... habet ad ... et ulterius ad primam similiter de generatione.

Creatio est productio rei ex nihilo, non penitus quia habeat ut terminus aquo ipsum nihil. Creationi quidem primum requisitum ad talem productionem sit ... Angeli creatum ab æterno vere necesse quod nil Angelum præcessisset positive ad eius creationem, neque ex nihilo tanquam aliquo ex quo educatur terminus creatus. Ex nihilo enim ut fiat communis præsuppositio, non fit, nec quasi terminum intendimus verbo illo ex nihilo, sed solum intelligimus illud negative. Hæc creatio fit non ex subiecto, non dependenter ab aliquo subiecto cui terminus creatus inhæreat et tandem recipiatur. Creatio dicitur generatio ex parte termini, in eo quod ex nihilo termini fiunt: id est in ea quod uterque terminus negative transeat de non esse ad esse. Loquendo de substantiali creatione, Etenim si terminus intrinsecus fieret ex aliquo termino ante terminum utrimque daretur terminus quod implicat. Creatio terminus frequenter dicitur in hoc quod fiant ex nihilo termini.

Differt actio creativa ex parte sui termini a generativa, terminus creatus hac ipsa denominat terminum independentem a subiecto, sic anima rationalis per actionem creativam producitur independenter a subiecto. Generatio vero terminus facit terminum a subiecto dependentem: sicut in anima equi quæ quia producitur per generationem hoc ipso dependet a subiecto tanquam a causa materiali. Differunt ex parte ipsius actionis: nam actio eductiva seu genera-

tum ex ipso modo quo terminus dependet a subiecto, sive ex ipsa dependen-
tia termini a subiecto tanquam a causa materiali. Actio creativa non facit
terminum dependentem a subiecto, sed ex toto dependentem a subiecto.
Et hoc est discrimen intrinsecum utriusque actionis.

Ex quo fit secundo pro perfectione actus creativus generativa, melius et perfectius
causare independentem terminum, quam illum facere dependentem: Ideo actio creativa tribuitur Deo. 1. non quod Deus non producat per actus eductivus plures substantiales formas. Sed quia est excellentissima actio tribuitur Deo veluti index divinae omnipotentiae, quam saltem naturaliter Deus non communicat creaturis.

Debes un[...] et non actionem distinguit specie. Dicimus hic immoratum Aristotelem investigando specificativum actionum, et quod docet praeterea posse duas actiones distingui essentialiter, ut licet habeant eosdem agentes et eundem terminum. Quo fit actus differre a praedicatis intrinsecis, etiam si signa extrinseca, veluti specierum diversitas, sint omnino eadem, quod non solum difficultatem quam posse dicas actiones habentes idem obiectum differre intrinsece modo speciali tendendi in obiectum.

31

Probatur non eadem ani[m]a rationis, quae modo producitur per creationem naturaliter potest a Deo causari, et eandem similiter creari per actionem supernaturalem; eandem similiter creari actione natura[li], et supernaturali, sed actiones ergo specie distinguuntur, non ab extrinseco principio, quod idem est utriusque actionis, sed a praedicatis intrinsecis. Maior est certa, in ea nihil continetur quod repugnantiae. Minor etiam aequaliter est certitudinis. Altera actio subita…

liter ingnaalis, n̄ differret specifice a natu q plusquam fal
sum est, et q sic non admittenda.

Secundo dicendum, si stringat, q terminus
actionis (idem dico de agenti, distinguatur specie a termino alte
rius actionis, actiones ipsae specie discrepabunt: Ratio est facilis ra
tionem patet, q actio est tale quid quo agens exercet, et terminum
producit, q respicit agens, et terminum cum sit ens, q si terminus distin
guatur specie ab alio, respectus actionis distinguentur essentiali
ter inter se. Et quidem secus respectu actionis ad agens et terminum
difficile potest negari discrimen actionum, et agentis et terminorum discri
minentur inter se.

Ex quo deduces: si actio eductiva recipiatur in
passo, ut communiter fert, ab eodem etiam haurire speciem,
nam actio eductiva recipiatur in passo erit modus essentiali
ter dependens a passo, et sic ipsi essentialiter respiciens passum;
q si hoc passum ab alio specie discreparet, actiones etiam specifi
ce separarentur inter se. Unio q est modus dependens essentia
liter a subiecto ab eodem derivat speciem. Similiter q actio respectu
passi. Et uno verbo actio recepta in passo, dicit ordinem tran
scendentalem ad passum; ordo transcendentalis a terminis dis
crimen accipit et dependet.

Deduces iterum actum eductivum tres
importare respectus, alterum ad agens, q denominat, et deno
minat activum efficiens: alterum ad terminum cuius fieri est, et
quem denominat activum productum. Tertium ad subiectum quo recipitur
res. Respectiva sunt essentialiter a actionis; et in illis tribus
actio essentialiter ligatur, utpote transcendentaliter respecta

ab entit.e modali. Cap. 3. Probatur distinctio actionis ab agente et termino

Cap. 3. Probatur distinctio act. ab agente et termino

Memoranda e[st] ista realis distinctio modi a re; quia inter cetera nostrae intr. acti. Complutenses cap. 2 et 3 ... ista communis ... Math. ... 2 Vasq. ... Vazquez ... disp. 13 cap. 2 ... disp. ... Phys. ... Mazzia 2. Phys. disp. 4. q. 12. Dixi co... quamvis hi AA. nonnulla adhibent limitationes, propterea quod actio creatio, quia a termino identificatur cum ipsa existentia pertinere. Proponimus generaliter ... disp. 6 ... 3.a

Dico primo: Actio distinguitur realiter ab agente et termino. Loquor de facto, seu fundamentaliter quibusdam de possibili. Loquor de actione creativa quia eductione. Probatur 1.o Existente tota entitate effectus et causa, si accipiantur divisim, non est causalitas; ergo causalitas distinguitur realiter ab utraque. Probatur ... antiquum ... in effectu. ... manet effectus destructa causa, ut ... in effectu ... impossibile est dari ... destructo igne, et producto in aqua. Sed impossibile est dari actionem causae ad effectum, vel existente sola causa, vel existente solo effectu. ... actio essentialiter ... formaliter ... nequit existere ... dependet effectus a causa, quae ... existente causa, vel solum ... effectus ... ergo ... effectu, si daretur causalitas causae ad effectum, ergo ...

tragunt a causa effectu sumptus diversam

Probatur 2.º Si actio est entitas causis diversis [illegible]. Deus ab aeterno haberet actionem in creaturas, sed [illegible] falsum, ratio. Quia ab aeterno fecit; ergo falsum est id ex quo sequitur. Sequella maioris probatur: dato adaequato [illegible] attributivo, sive id quod adaequate tribuit denominationem, [illegible] dari denominationem. Sed attributum Dei est totum attributum actionis, quia Deus dicitur creans; ergo ab aeterno denominationem [illegible].

Dices: Deficeret requisitum aliquod ad Deum denominandum creantem, scilicet existentia [illegible] rerum, ipse [illegible] [illegible] 2.ª probationem, [illegible] [illegible] [illegible] esse praedicata essentialia [illegible] formaliter; sed ab aeterno exstiterunt in Deo omnia praedicata essentialia, eius denominat Deus creans; ergo ab aeterno [illegible] denominationem. [illegible] [illegible] evidens [illegible] quod est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] impossibile est quod posita [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est impossibile, quia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; ergo posito adaequato attributivo [illegible] impossibile est [illegible] [illegible] posito adaequato attributivo actionis impossibile [illegible] [illegible]; ergo si ab aeterno [illegible] in Deo [illegible] attributivum [illegible], ab aeterno dicatur Deus creans, quod est contra fidem.

Solvitur argumentum ex [illegible] potest [illegible] existere actio [illegible] existente termino, ergo actio distinguitur realiter a termino. Probatur antecedens: remoto igne ab aqua, manet calor in aqua, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] manet actio, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] agente. At [illegible], ergo actio destruitur manente termino, destruitur realiter

Nro
Dico 2. Actio distinguitur ab agente et termino etiam simplici Collectivè. Haec pars nostrae resolutionis probatur fere eisdem argumentis quibus ostendimus Secundam realiter ab extremis. Eam sic ostendo. Illa realiter distinguuntur quorum unum potest periire altero manente; Sed causa et effectus possunt simul existere absque actione: ergo distinguuntur realiter ab agente et termino collectivè sumpto. Probatur minor: nam nulla repugnantia potest dubitari; Probatur minor: nam non repugnat cum entitas causae et effectus independentium possint existere in rerum natura entitas causae et effectus ... non dependere a causa, ergo utrumque debet ... Probatur maior: ... possit existere entitas ignis, et entitas caloris ... caloris ... potest non entitas caloris, ... dari a solo Deo, vel ab alio igne, ergo potest existere entitas causae et effectus ... hoc ... adhuc dependere effectus ... dependeat a causa, ergo ... distinctum ab entitatibus causae et effectus. Dices: causa et

11 effectus non utcumque sed cum approximatione est actio. Sed contra opponitur quod sufficit entitatibus causae et effectus erit actio sed approximatio ... sufficit ut ... respondere potest, ergo ... erat actio; sed approximatio distinguitur realiter ab entitate causae et effectus est ... causa per agentem ad passum, quae pars ... distinctis a causa et effectu, ergo ... quae ... admittitur ... distinctio ... hoc. Contra est 2°.

12 Probatur ... causa cum approximatione ad passum ... actio, ergo actio aliud est a causa cum approximatione. ... potest Deus suspendere cum ... posita causa cum approximatione potest Deus suspendere ... ut ... in fornace Babilonica; ergo impossibile ...

E

sed approximatio est causalitas, neque vero causalitas est sine effectu, utraque aprioritate. Approximatio antecedit actionem et est unum ex requisitis ad actionem; sed quod antecedit actionem distinguitur realiter ab illa; ergo approximatio est realiter distincta ab illa.

Tertio quia fieret, quod in duabus causis sufficientibus applicatis, non posset Deus negare concursum alteri, et alteri concurrere, quod est absurdum. Et probatur: nam concurrere actu ad effectum est approximatio utriusque ad effectum; sed utraque est approximata ad effectum; ergo utraque concurreret; ergo Deus non posset alteri negare.

Et probatur secundo universaliter. Ignis transit de non causare hunc calorem, ad illum causandum, quod sequitur ex experimentis; sed implicat transire de non causare hunc calorem ad illum causandum, sine aliqua entitate positiva de novo adveniente; ergo haec erit actio. Maior est nota ab ipsa experientia, nam calor in aqua aliquando conservatur ab igne, aliquando ab alia causa, transeat ignis de non conservando calorem ad eundem conservandum, haec denominatio ignis conservans calorem destrueret hanc, ignis non conservans calorem; ergo aliquid supervenit impossibile est haec denominatio ignis non conservantis calorem, sed hoc non est entitas causae et effectus utrumque existit, et adhuc verum est, ignis non conservat calorem; ergo aliquid superadditur utrique entitati; sed nihil aliud valet designari praeter entitatem actionis; ergo transitus ignis de una in alteram denominationem fieri nequit sine superaddita aliqua entitate.

Causis clarius efficacitatibus

aequum in subto a albedine: Implicat subiectum transire de nigro ad album sine sequente albedine, ergo implicat transire creaturam de non creato ad creare sine sequente creatione[?] litate, et si transitus de non creare ad creare fieri potest sine novo sequente entitate quaecumque ignoro cur fieri non possit ut subiectum transeat de nigro ad album, de non frigido in frigidum sine nova sequente entitate. Dico 3. Ex sapbus omnium creationum est distingui realiter a Deo, et Deo sequenti habet tamquam creari ipse ipsum. Haec 22° plures habet adherentes. Vasquez, Hurtado, Spinula. Et R.R. Professus Provinciae. Verum doctrinae ostantia exigit ut ista defendatur.

6 Illam probo efficaciter, et demus Angelum, v.g. Michaelem fuisse a Deo solo creatum, ex creatione Deo identificatum: Rursus ponamus Deum creare aliquem Angelum tantae perfectionis ut ipse habeat virtutem ad creandum. Haec non doctrina a fieri cunctis adversariis admittitur modo sic arguitur: Michael diceretur a solo Deo creatum et non a solo Deo creatus, sed haec est aperta repugnantia, quae involvitur in quacumque creatione identificata cum Deo. Maior quia patitur in hoc quod solum fuerit a solo Deo creatum supponitur.

7 Probatur minor quia quod ostibuit habere denominationem. Creatio creans Michaelem identificatur adaequate cum Deo et virtute potente creare Michaelem, ergo quod ostibuit illam denominationem est adveniens ex Deo et virtute potente creare Michaelem. Haec sequentia est evidens, neque alter non admittitur entitas aliqua superaddita, et si aliquid de alio fieret de novo; sed adveniens ex illo Angelo perfectius, et ex

eadem Michaele claudat hy et virtus potentiae creare, quia claudit omnia substantiva huius denominationis creans arbitrarium, quia Michael diceretur productus ab Angelo effectivo, quia quidem omnia constitutiva sufficerent respectu illius ut dicatur haec denominatio, creans creans Michaelem; quia non a solo Deo esset respective productus Michael. Nisi ego fallor recedendum est Michaelem diviserit quae productus ab Angelo effectivo et ideo non a solo Deo, vel concedendum est huius denominationis Deus creans Michaelem, aliquid importare praeter virtus creandi et hy.

Dices, si repugnet illi Angelo effectivus potentiae creare, cessat totum argumentum, nam in ea hypothesi Michael a solo Deo determinate diceretur productus, nec erat indifferens ut quaeriat ab alia causa, ideo nec a 2° Angelo. Resp. 2a, quia haec est indigna responsio, nam directe non solvit argumentum; sed solum evertit hypothesim probabilem in qua procedit argumentum.

Resp. 3a et 2° principaliter: casu quo possibilitas illius Angeli potentis creare repugnet, sufficiet ut dicatur haec denominatio, creans nobis creans Michaelem, virtus potentis creare et hy, quae duobus claudunt omnia constitutiva illius denominationis, quia posita possibilitate illius alterius Angeli sufficient ad praedicata creare illius denominationis. Patet sequela, quia possibilitas praedicta secundi Angeli nihil ponit intrinsece constituens huius denominationis. Ergo adhuc creans Michaelem, quia adhuc admissa possibilitate illius Angeli Deus diceretur adhuc creans, et hoc implicat ut constat ex hoc argumento ante; ergo ex hoc implicat quia repugnat dari haec denominatio creans

actu creari sine aliqua ratione formali, distincta ab agenti et termino, ergo sine possibilis sit Angelus effectus, quin illa denominatio nequeat solum constitui ex agenti et termino.

50 Et clarius: Illa constitutiva intrinseca, quae semel posita sufficiunt causare aliquam denominationem, semper sufficiunt causare eandem, aliter res in aliqua hypothesi, simul esset et non esset, nam posito constitutivo adequato rei, impossibile est non esse; aliter enim censeres hoc eadem constitutiva in aliqua hypothesi non sufficere, ergo res simul esset et constitutiva in aliqua hypothesi, non esset in aliqua hypothesi, reddo igitur ad argumentum. Constitutiva quae sufficiunt causare aliquam denominationem in aliqua hypothesi semper sufficiunt nec aliud potest requiri. Sed in aliqua hypothesi virtus creativa, et Deus creator sufficerent causare hanc denominationem Deus actu creans Michaelem quando solet non esse possibilis secundus Angelus effectus, ergo eadem sufficerent et esset possibilis ille secundus Angelus, ergo illa ratio indifferentiae, quae innuis, et frequenter adhibent adversarii oppositi non est adhuc si amant doctrinae constantiae debent defendere in nullo eventu posse esse constitutiva adequata alicuius denominationis, per se denominatio.

51 Ex his fit, de facto esse creas Deus, Angelos, quamcumque materiam, et quamcumque aliam entitatem producibilem independenter a subiecto produci a Deo per creationem realiter distinctam ab agenti et termino; et nisi in eo quod evidenter ex hucusque positis constituimus requirere entitatem aliquam absolutam producendam a causa per se ipsa sine actione distincta a causa et termino, sed ut videamus quid sit solutionem

ribus opponuntur. Cap. 9. Argumenta et solutiones

Cap. 9 Argumenta et solutiones

Obiicies primo: Creatura est aliquid dependens a Deo tanquam a causa, sed creatura per sua praedicata dependet a Deo tanquam a causa, ergo per sua praedicata fit a Deo. Respondeo concedendo maiorem et distinguo minorem: per sua praedicata dependet a Deo ut quod, concedo minorem, ut quo nego minorem. Quia importat haec denominatio creatura dependens a Deo tanquam a causa, entitatem ipsius creaturae, quae est id quod denominatur dependens, et insuper rationem formalem, qua actu denominatur dependens, hanc esse actionem diximus, et hanc tenemus secerni realiter a subiecto, quod denominatur dependens.

Instas. Illud quod dependet ut quod, est creatura, etiam quatenus distinguitur a dependentia ut quo; sed omnis creatura dependet a Deo, ergo illud quod distinguitur dependens ut quod de ipso dependet. Distinguo consequens: ergo illud quod dependet ut quod se ipso dependet a Deo, id est, se ipso essentialiter exigit influxum et dependentiam, concedo consequens, se ipso est influxus et dependentia, nego consequens. Ut creatura dicatur absolute talis sufficit si exigat essentialiter influxum nec requiritur quod ipsa sit formaliter influxus. Nec ex eo quod ipsa non sit formaliter influxus, sequitur non dependere immediate a Deo, nam ratio formalis dependendi non tollit immediationem principii quod, nisi dicas non videre parietem illum immediate, eo quod indigeas ratione formali visiva

54 Obijcies 2.° Et quidem non inefficaciter. Creaturae darì debet maior dependentia a Deo, quae possit excogitari. Sed maior dependentia est si creatura sit ipsa dependentia a Deo, quae si ea dicamur esse id quod denominatur dependens a Deo; ergo dependentia creaturae a Deo adaequate identificatur cum ipsa. Confirmatur. Illa est maior dependentia quae adstruit in Deo maius et effectivius dominium; sed maius et effectivum dominium adstruetur in Deo si creatura esset ipsa dependentia et subiectio Deo; ergo haec identitas adstruenda, ad ... concedenda.

55 Respondeo negando maiorem, nego minorem, neque talis dependere creaturae a Deo ut sit ipsa dependentia, ipsa productio sui repugnat, sicut repugnat esse absolute sine albedine, ita repugnat esse effectus sine actione. Vera est dependentia quae repugnat dici nequit maior alia non repugnante, imo dicenda est nulla. Si haec denominatio creatura dependens a Deo, creatura a Deo producta semel constituatur essentialiter ex actione ut ratione formali distincta a Deo et creatura, necessario est semper constitui eadem ratione formali distincta similiter ab utroque extremo.

56 Ceterum quamque sepius variari actiones inde colligimus denominationes generalis importare actiones. Et inde ego infero, tam respectu Dei quam respectu creaturae necessario admittenda ratio formalis distincta et ostendo admittenda. nec ego possum intelligere, quomodo haec denominatio non ... producta aliquando constituatur ratione formali distincta et aliquando ratione formali identificata, sicut prius inveni...

telligibile e q aqua aliq[do] dicat calida a calore dis tincto, et aliquando a calore identificata. Ad 2um ratis rei gendebis dependa a ratis fralis distinctis est ory maxima et axquerre in Deo perfectissimy dominiy, vt 2a Durandy docuit. Dependentia a actis identificatis verum e complicatoria, ideo nulla.

